



**Pauli Laymanni e Societate Iesu Jus Canonicum  
Commentario Perpetuo Explicatum**

Et Uberi Non Minus Ac Varia Qvam Clara Et Solida Doctrina Illustratum

Commentarius In Librum III. Decretalium

**Laymann, Paul**

**Dilingae, 1698**

Capitvlvm III. Ex frequentibus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62482](#)

icos; at verò secundum præsentis Ecclesiæ consuetudinem plerique tituli Monachales, in Ecclesiastico officio fundantur, cùm oblationem chori, aliorūmque Ecclesiasticorum, annexam habeant.

Quarit h̄c *Innocentius*, num fratres conversi in monasterijs, ad actus capitulares vocandi sunt, & ipse affirmat. *Abbas autem h̄c num. 6.* rectè distinguunt, quod electionibus interesse non debeant *c. ex eo. 32. §. in Ecclesijs. de electione in 6.* præterquam, si per diuturnam consuetudinem jus suffragij præscriperint; cùm enim non sint meri Laici, sed personæ Ecclesiasticæ, idèo juris spiritualis capaces esse possunt, uti constat *ex cit. c. Ex eo §. in Ecclesijs. c. cùm olim. 7. de arbitrio.* & dixi fusiū in *disp. de Prelatis q. 181.* at verò ad alios actus capitulares vocandi sunt, cùm sint membra Congregationis, seu Conventus, nisi consuetudo obtinuerit, ut non vocentur.

### CAPITVLVM III. Ex frequentibus.

#### PARAPHRASIS.

Intellexerat Alexander III. quod in Anglicanis quibusdam Ecclesijs prava consuetudo introducta esset, ut Clerici Ecclesiastica beneficia (absque Episcopi Dicecesani, vel officialium ejus consensu, quibus id de jure competit) accipiant, non cogitantes, quod id à statutis Patrum alienum, & Ecclesiastica honestati contrarium sit: ea propter Cantuariensis Archiepiscopus ex commissione sibi officio istam iniquam consuetudinem extirpare volens, tam in eos, qui Ecclesiastica beneficia tali modo occupata detinent, quam in eos, qui impostorum ita occupare præsumunt, excommunicationis sententiam protulit. Hæc cùm narrasset Pontifex, subiungit, se sententiam ab Archiepiscopo latam Apolicâ auctoritate confirmare, ac man-

dare, ut Clerici, qui sententiam excommunicacionis incurruerint, nisi canonice satisfecerint, non absolvantur.

#### SUMMARIUM.

*Provisio beneficij alia est purè libera, alia est electiva, alia patronata, quærum collatio, sive approbatio, confirmatio, aut institutio ad Pontificem, vel Episcopum pertinet.*

**A**dverte in primis, quod collatio, *la provisio beneficij, alia est libera, quæ collationis nomen, veluti proprium habet vendicat.* Et hæc, si sit simplicis beneficij collatio, facta à quoquaque Clerico juxta conferendi habente, Episcopi approbationem, aut examen non requirit jure ordinario, prout docet *Garz. de beneficj p. 6. 3. n. 1.* quod in simplicium beneficiorum libera collatione nulla specialis forma requiritur, neque citatio per affidatum, secundum *Gl. in c. uli. v. observari. de electione. in 6.* At verò in provisio beneficiorum curatorum, seu parochialium, quo modo examen præmittit debet, vide *Trident. sess. 24. c. 18. de reformatio- ne. & Garziam cit p. 9. c. 2.*

Alia verò est provisio beneficij non libera, cæque iterum duplex: vel enim *provisio beneficij non libera, cæque iterum duplex: vel enim pro- quisitum est Clerico per canonican electionem, ita, ut approbandus, & admittendus sit, si idoneus reperiatur;* hac provisio dici solet confirmatio, per quam non multum juris tribuitur; cum electo jam per electionem aliquod jus in re, saltem imperfectum acquisitum censeatur, *argum. c. nihil. 44. de electione & c. inter. de sua instrumentorum.* ubi dicitur, quod, qui confirmat, non dat, & tradit, *Abb. in h. autoritate n. 5. hoc tit. post Gl. celebrem in c. quanto 10. v. relatio. dist. 63.* Vel presentatio, aut nominatio tantum antecelli à Patrono Ecclesiastico, aut Laico facta, sicutale jus competit, & per hanc presentationem jus aliquod in re non acquiritur presentato, sed ab ordinario per institutionem tradi

edī debet, si idoneus reperiatur: atque  
bene fide, liberam collationem nancisci  
possint, prout constat ex c. cum olim 18.  
de prescriptionibus, & notat Abbas hic n.  
3. quemadmodum & hoc fieri potest, ut  
Abbas v.g. vel Præpositus jus instituti, quod  
suapte naturā, seu primā, institutione  
Episcopale est, sibi in certis Ecclesijs diœcesis  
per præscriptionem acquirat. cit. c. cum  
olim, & c. auditis 15. de prescriptioni-  
bus. 6. 10. n. 1.

At vero in hoc c. nomen Institutionis  
DD. latius accipiunt pro omni provisione  
non libera, seu, quæ sit ad aliquid electionem,  
præsentationem, aut nominationem:  
tunc autem semper necessarium est examen,  
inquit etiam editi publicatio, ut vocentur iij,  
quorum intercessit c. ult. de electione in 6. &  
tradit Garzasp. p. c. 4. n. 1. post Gl. finalē  
in tit. c. ultimo, quæ ait, id tutum esse,  
tamen textus tantum loquatur de beneficijs,  
qua præcedente electione providentur,  
& sequuntur Ioann. And. & Francus ibid.  
n. 5. eò quod utriusque provisionis pars sit  
ratio. argum. c. 2. de jure Patronatus, quā  
in se spectanda est consuetudo Ecclesia-  
tum.

Notandum primum. Beneficia electiva,  
& quæ juris patronatus sunt, non possunt  
accipi sine consensu, & auctoritate, adeo-  
que institutione Episcopi diocesani, aut  
vicarii ejus in spiritualibus: additur vero,  
conuentudinem, si quæ contraria sit, ini-  
quam, idéoque non tolerandam esse. Con-  
sentit Concilium Trident. Sess. 7. c. 13. de  
reformatione, dum dicit præficiati, electi,  
vel nominati, à quibusunque Ecclesiasti-  
cis personis (multò igitur magis à Laicis)  
etiam Sedis Apostolicæ Nuncijs ad quævis  
Ecclesiastica beneficia non instituantur, nec  
confermentur, nec admittantur etiam præ-  
textu cuiusvis privilegij, aut consuetudinis,  
etiam ab immemoriali tempore præscriptæ,  
nisi fuerint à locorum ordinarijs examinati,  
& idonei reperti. Videri etiam potest Sessio  
25. c. 9. de reformatione.

Quocum tamen non pugnat, quin bene-  
ficia electiva, & quæ juris patronatus sunt,  
per legitiimi temporis præscriptionem, cum

bene fide, liberam collationem nancisci  
possint, prout constat ex c. cum olim 18.  
de prescriptionibus, & notat Abbas hic n.  
3. quemadmodum & hoc fieri potest, ut  
Abbas v.g. vel Præpositus jus instituti, quod  
suapte naturā, seu primā, institutione  
Episcopale est, sibi in certis Ecclesijs diœcesis  
per præscriptionem acquirat. cit. c. cum  
olim, & c. auditis 15. de prescriptionibus.  
6. 10. n. 1.

Porrò quas penas, & inhabilitates Cle-  
rici incurant, si à Laico v.g. patrono insti-  
tutionem verbalem, aut realem in benefi-  
cijs Ecclesiasticis accipiant, videri potest in  
c. si quis deinceps 12. & pluribus sequenti-  
bus. 16. q. 7.

Notandum secundū. Licet spectato jure  
ordinario, & seclusis casibus exceptis, Epis-  
copus jurisdictionem exercere non possit,  
erga Cœpiscoporum subditos, eos v.g. ex-  
communicando, c. nullus causa 9. q. 3. c.  
pastoralis 11. de officio ordinary, potest ta-  
men jurisdictionem exercere in casu, qui  
totius Provinciæ statum attinet, tollendo  
v.g. pravam consuetudinem ejus, aut quia  
Episcopi sunt negligentes. Ita colligitur ex  
hoc c. & tradit probabilitate Glossa cädene  
q. 3. in summa v. quod autem. Innoc. hic in fine.  
Abb. n. 2. Vide, quæ docui in disp. de jurisdic-  
tione ordinaria q. 81. & 82.

#### CAPITULUM IV.

#### Auctoritate Apostolicæ Sedis.

##### PARAPHRASIS.

In Ecclesijs Cathedralibus, aut Collegatis,  
non debet Capitulo invito, aliquis in-  
stitui ultra numerum, quem facultates  
earum commodd sustinere possint. Con-  
sentit c. 1. eodem tit.

##### SUMMARIUM.

- 1. *Contracum, qui à superiore proponi-  
tur, invito Capitulo, in Canonicum  
recipiendus, excipi potest, quod fa-  
cilius Ecclesia non sufficiant.*

Z. 2.

z. Nig.